precibus onerando nec minas aliquas
inferendo. Et accedentes ad locum
cum ambularent coram carcere
viderunt predictum in turri mo-
rantem dicentes eidem ut securissi-
me de liberatione confidat et affir-
mantes quod amicis quidquid contin-
gere posset de personis et rebus
nullo tempore defecere super
quibus aretini ad iram moti pro-
posuerunt consulibus non dare
consilium nec petitionibus eo-
rumdem ullo modo deferre artis
consueto ipsum nobilem crucian-
tes. Cum igitur sibi dare consilium
consules peterent pertinanter
petitioni deferre aretini penitus
denegarunt sine petitione respon-
dentes eisdem quod captum non
absolverent nisi secundum opera
castigatum. Eversis vero consu-
libus bellicosa campana sonuit
et statuta est dies itineris per pre-
conem et interim factis preparatoriis